

FIR 191 104

Sancti Sixti  
TERTII PONTIFICIS  
MAXIMI,  
*LIBER DE DIVITIIS.*

Eiusdem Liber de malis Doctoribus, de  
operibus fidei, & de iudicio futuro.

Eiusdem Liber de Castitate.

*Sancti Bracharij Epistola ad Ianuarium.*

Omnia nunc primum in lucem edita, ac per IACOBVM  
SALVATOREM SOLANIVM MVRGITANIVM  
diligenter emendata, & a multis quibus sca-  
rebant, maculis liberata, in suamque  
pristinam ac genuinam le-  
ctionem restituta.



R O M A E,  
Excudebat Iosephus de Angelis.  
In Aedibus Populi Romani.

M D LXXII.



**I**xtus Papa horum librorum au-  
tor, quis in Pontificum huius nomi-  
nis numero fuerit, Codicis uetus ti-  
tulus in frontispicio positus ostende-  
re uidetur, cum Sixti Papæ & Mar-  
tyris esse dicat. Sed tituli illius literæ non eadem ue-  
tustatem ostendunt, quam hæ quæ sunt in progressu  
operum, demonstrant. Ex qua causa una, quis eorum  
Pontificum, qui Sixti nomen assumpserunt, librorum  
horum autor fuerit, inuestigādi assumpsī occasionem.  
Non enim dicendum est illos composuisse Sextum pri-  
mum Papam & Martyrem, ut aliqui perperam existen-  
mant, nec Sextum secundum, qui etiam martyr fuit.  
Constat enim Sextum hunc operum horum autorem  
non fuisse martyrem. Nam ipse in Libro de Diuitijs,  
fatetur omnibus pene hominibus Christianis existen-  
tibus, & ipsis regibus ac potestatibus Christi iugo col-  
la subdētibus tēpora sua pacifica esse atq; tranquilla,  
& ab omni persecutionum infestatione secura. Et ipse  
in libro de Castitate mentionem facit hæresis Iouinia-  
ni, contra quam & Diuus Hieronymus iam scripserat.  
Vnde satis liquet Divi Hieronymi ferme temporibus  
Sextum hunc sedisse. Quare Sextum tertium Papam  
horum librorum autorem affirmamus esse, qui natio-  
ne Romanus fuit, & Valentiniani Imperatoris tem-  
poribus sedidit. Successit Cælestino primo, & eidem  
Sixto Leo primus. Hic est ille Sextus, qui Beatæ Ma-  
rie Virginis Basilicam, quæ a ueteribus Liberij dice-  
batur, iuxta Lyニア macellum adificauit. Quæ postea  
ad Pre-

**GVLIELMO SIRLETO**  
**CARDINALI AMPLISSIMO**

*Jacobus Saluator Solanius*

*S. P. D.*



VM superiore anno publicæ  
vtilitatis causa , Ennodium  
vetustissimum autorem, qui  
in Bibliotheca Vaticana an-  
tiquissimis & exolescentibus literis de-  
litescit , emendandum , & in suam pristi-  
nam lectionem restituēdum suscepisse ,  
vt cum desideraretur , in manus homi-  
num ueniret , ac ille nescio quo modo  
parte non minima a me emendata ac re-  
stituta surreptus mihi è manibus fuisset ;  
volui his diebus hybernis non oblitus  
prouinciæ susceptræ , quamuis illa vetus  
non pro votis successerat , eandem curam  
& solitudinem in restituendis quibus-  
dam Sixti Pontificis maximi volumini-  
bus adhibere , vt eidem publicæ vtilitati

† 3 nihil

# SANCTI SIXTI TERTII PONTIFI CIS MAXIMI, *LIBER DE DIVITIIS.*



**M**IRARE quorundam hominum  
mentes ita terrene cupiditatis amo-  
re captas atq; possessas, ut mundas  
opus obesse nemini censemant;  
nisi hoc humani esse genetis virtutis  
recordarer, ut id cæteris melius iudicet esse quod  
diligit: & hoc summum bonum peritus mente dis-  
simat, a cuius dilectione atque complexu in toto amo-  
ueri non valeat. Habet etiam hoc conditio genetis  
humanis, ut cum aliquo vicio fuerit capta, hos  
apud alios pro magno tucatur bono, quamvis ab  
huius propriæ conscientiae iudicio malum esse non  
nesciat. Tanta enim vis est peruersi animi, & mali  
amore depravati, ut nec proprio, nec extraneo iu-  
dicio acquiescat, & contra omnium suamq; etiam  
venire conscientiam malit, quam id impugnare,  
quod ingeti ardore dilexerit. Triâ enim sunt, quæ  
mut

SANCTI BRACHIA.  
 RII EPISTOLA  
 AD IANVARIVM.

*Benedicto in Christo fratri omni mihi in fide, &  
 dilectione uenerabili Ianuario, Bracha-  
 riis peccator salutem opeat.*



I s i vererer, Beatissime frater, ne inter simulos amicos Iob mihi *Iob. 2.* pottio poneretur, qui videntes plagam eius, veluti qui non haberet consolationem, iugi silentio quieterunt; prope fuerat, ut & ego superposita manus ori, & obturata linguae fistula, ianuas labiorum meorum taciturnitate concluderem: Sed absit hoc a fide mea, ut aliquam dicam plagam esse, quae non habeat consolationem, cum mihi Propheta proclameret: Nunquid medicus non est in Galaad, *Hiere. 8.* aut resina non est illic? quare non ascendit sanitas filie plebis meæ? Galaad enim interpretatur acer- *Genes. 31* uus testis: & hunc aceruum testem totum canonem diuinorum librorum esse sentimus, ubi indissolubilium est tumulus testimoniorum, velut quidam congestus lapidum. In quo tumulo medicus

verus

mini misceri quandoque. Hoc dilectissime frater  
tui amore & dolore compulsus etiam supra vires  
meas possibilitatemq; tentauit; tu habebis in die  
iudicij duplēm poenam, si velut aspidis surdæ in-  
cantationis nostræ verba respueris, aut aspernen-  
dum credideris aut rogantis verbum, aut monen-  
tis consilium, aut dolentis affectum. Tunc Chri-  
stus filius Dei sublata tibi per inuidiam Diaboli in  
duplum tua bona restituet, siccq; reconciliaberis  
Domino, ut etiam pro nobis, qui amici tui sumus,  
interuenire merearis in Domino nostro Iesu  
Christo, Amen.

F I N I S.

R E G I S T R U M.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q.

OMNES SVNT QVATERNIONES.

R O M A E

Apud Iosephum de Angelis.

Cum licentia superiorum.